



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Ver. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 19.

Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

QVÆSTIO I.

Quid mandat abiturus Apostolis.

§. 1. PRIMUM est vt doceant. *Docete*, inquit, omnes gentes. Apostolorum itaque, & Episcoporum *Docere* debet. Officium enim primum hoc est magistratum Ecclesiasticorum: & optimos quosque pontifices & Episcopos in docendi munere diligentiſſimos fuisse legimus. Et nunc quoque etſi multa illis agenda incumbant, primas tamen & ſecundas docendi officium tenet. Idque per ſe, vel alios, nec concionando duntaxat, ſed variis modis. Immerito itaque Calvinus eos eſſe Episcopos negat, qui docendi munus non exeunt; nempe more Calviniano. [Hinc, inquit, diſcamus Apoſtolorum non eſſe inanem honoris titulum, ſed operoſum munus: ideoque nihil magis eſſe abſurdum, vel minus tolerabile, quam vt ſibi larvati homines viſuperent hunc honorem, qui oſcioſe regnantes, docendi munus à ſe reſiciunt, à Patre Romano, cuiusque cohorte ſuperbe ſucceſſio hæc iacta ut, quaſi communem cum Petro, & eius collegis perſonam ſuſtineant: interim doctrinæ nihilo maior illis cura eſt, quam Iupercis, vel Veneris, vel Bacchi ſacerdotibus.]

Sane i. Tim. 2. Requirit Apoſtolus vt doceat, aut ſane vt docere poſſit. Si ipſe docere aliquando non poſſit, vt illi ſit cura doctrina, quod fieri videmus accuratiſſima providentia, mittendis in omnem terram, etiam Indias, & Chinam doctores.

Noſtri quidem omnes Episcopi docent, & docere tenentur, partim per ſe ipſi, partim per alios. Nec ad docendum neceſſarium eſt, cathedram aſcendere, & concionari; quanquam hoc faciunt multi, & omnes facere optandum eſt. Docere non tantum illi ſolent, qui concionantur, ſed quicumque monent, hortantur, errores corrigunt, faciendæ præcipiunt, omittendæ prohibent, idque priuatim, publicè, per ſe, per ſuos, voce, calamo, & quod caput eſt, exemplo bonorum operum, alios ad ea invitantes. Degeneres ingiur non ſunt, verum pro ſuo quique talento, tempore, occasione docendi munus exequuntur. Adrianus Saravia Calvinianus & Beza antagoniſta, doctores illuſtres agnoſcit, qui nunquam concionati ſunt, c. 2. De diuerſis gradibus miniſtrorum.

§. 2. Neque tamen eos, qui ſuo munere non funguntur, excuſo, habent ſuum illi iudicem, & conſcientiam, etſi nunc ſuppreſſam, olim experientur accuſatricem: Magis accuſandus Calvinus, & eius alleclæ, qui non miſſi à Chriſto, nec ab ordinaria vlla poteſtate ad docendum, cucurſerunt ad ſuos errores, deſtautis ſcripturis. Itaque Saravia eodem in capite, de vocatione quorundam dubitat, qui in Eccleſiis reformatis munere paſtorali funguntur, cap. 2. doletque hoc Eccleſiis ſuis expoſtari, improbat etiam conciliabulum Poſſiacenſe, qui miniſtris ſuis vocationem extraordinariam tribuunt. Quinetiam probat vocationem Eccleſiæ Romanæ, ſicut & baptiſmum, at Beza eam eiſcit vocationem, nec aliam tamen habet, niſi extraordinariam; at negat Saravia, illos ex vocatione quam mouentali, ſe poſſe expedire, qui ad extraordinariam vocationem conſugunt. E. Beza reſponſus Saravia vocationem omnem tollit è medio, cum enim duas extraordinarias vocationes diſciſſet,

ſed deſtinata & voluntaria ſuppliciumq; ſecum trahentis aduerſus Deum rebellionis. Nam ſi ea ſpe Iudei Chriſtum cruciſixerunt, vt ne doctrina eius inualeſceret, & Iudaismus ne obſcuretur: quomodo cum veriſque ſpectuentur deciderint, que præter voluntatem obuenit aduerſus Chriſtum ignorantiam iſtorum, ea res non coarguit & reſellit?

Et Turon. lib. 1. cap. 21. ex actis Pilati ad Tiberium miſſis. Apprehenſus inquit & Ioseph, qui eum aromatibus conditum in ſuo monumento recondidit, in cellam inſtuitur, & ab ipſis ſacerdotum principibus cuſtoditur, maiorem in eum habentes ſanctiam (vt geſta Pilati ad Tiberium miſſa referunt) quam in ipſum Dominum, cum ille à militibus, hic à ſacerdotibus cuſtodiretur. ſed re urgente Domino cuſtodibus viſione angelica terriſis, cum non inueniretur in ſeculo: nocte parietes cellula, in qua Ioseph tenebatur ſuſpenduntur in ſublimes; ipſi vero de cuſtodia, abſolvente angelo liberatur. paritibus reſtituitur in locum ſuum. Cumq; Pontifices militibus expoſtrarent, & ſanctum corpus ab ipſis inſtanter requirerent; diſcunt ei milites: Reddite vos Ioseph, & nos reddimus Chriſtum. ſed vt verum cognoviſſis, nec vos benefactorem Dei, nec nos ſuum Dei reddere nunc valeamus. Tum illi conſutatis, & ab hac accuſatione liberantur. Hæc Gregorius, qui & in ſecondo angelo nomine Nicodemi ſcripta recitata habentur: qualia autem ſint ea omnia, ſides apud auctores remanet: Non vero ſc poſſimus, ne qua ab antiquis ſum enarrata, in conſultis prætermiſſe videamus. Lector itaque boni conſolatur, & quod monet Paulus, omnia probet, & quod bonum eſt tenet.

Non dubito fabulas adiunctas, nec enim continuo in eorum poteſtate erat Iosephum captum detinere, cum præſens corpus illi dedidiſſet.

VERSUS 18.

Et accedens Iesus locutus est eis, dicens: Data est mihi omnis poteſtas in celo & in terra.

QVÆSTIO I.

Quomodo Chriſto data omnis poteſtas?

§. 1. Syrus addit: ſicut miſit me pater, ita ego mitto vos, quod aliunde huc translatus eſt. Ariani ex his verbis Chriſti diuinitatem oppugnabant. Athanaſius orat, contra Arianos. Quomodo accepit, ſi Deus eſt, cui ſi neceſſitatem non habuit?

Reſponde tamen eſt iam Chriſtus accepſſe poteſtatem dicentem ſecundum naturam humanam. & Syrus habet Schuleran, dominium, imperium. Parum illi eſt; vt eſſet caput Eccleſiæ, Dominus domus. Vide Act. 10. 26. & 42. Eph. 1. 20. & 1. 22. Ioan. 16. 33. ita prædictum eſt Daniel. 7. 14. 28. 14. 49. 6. & Vigilium lib. 5. contra Eutycheten. Cyril. in Ioan. lib. 2. cap. 71. Omnia iſta iam nouo titulo meriti poſſedit, quia humiliatus ſemetipſum, obediens iſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen. Poſſedit iam perfecte factus ipſe immortalis, & glorioſus, vt iam ea cepit poteſtate, & eam per Apoſtolos promulgare. Merito igitur iſta præſatur, vt meminerint, ſe à ſupremo Domino ad ſeruus illius miſſi. ſervus, inquit Theophylactus, φησὶ ὅτι ἐδόθη ἡ ἐκείνου ἐξουσία ἐν οὐρανῷ καὶ γὰρ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἡ ἐκείνου δουλοῦντος, ὅς ἐστιν ὁ ἀρχὴ πάντων. Dicit iſti datam omnem poteſtatem in celo; Humana natura que prius ſerviebat, nunc in regno regnat.

23 (* *) 25